

IOANNES HALLERVS THEOLOGVS BERNENSIS.



Ioannes Tiguri natus, & in omni genere literarum à pueris institutus est. Is cum in artibus & linguis egregie profecisset, Theologię, praeceptore D. Bullingero, operam dedit, & sacrarum literarum usum sibi familiarem reddidit. Ad hanc eius doctrinam accedebat naturalis facundia, & uitæ integritas. Itaq; anno 1546 Augustam Vindelicorū uocatus, ibidem Euangelium prædicauit, atq; cunctis gratius extitit. Cum autem 1548 noua religionis forma, quam Interim dicunt, Imperij statibus atq; Augustanæ reipublicæ proponeret, atq; Hallerus in eam cōsentire nollet, in Heluetiam rediit, atq; Bernam uocatus Ecclesiastes cōstitutus fuit.

In eo loco is suam uocationem dextrè expediuuit, atq; docendo, admonendo, & consolando talem se p̄sttit, ut magnam sibi gratiam conciliarit. Ea ratione is etiamnum pergit, & multorum de se expectationi egregie satisfacit. Anonymos.